



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

Seclvm IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

dem etiam Italia sævientis. Cæterùm annis 48. Coloniense Pe-
dum rexisse traditur.

V. LEVVOLDVS.

Tametſi Levvoldus in Coloniensium Serie haud inveniatur
testibus his verbis:

Rurfus in exitium dum vertunt ſceptra tyranni,
Quintum Ubii nomen Præſulis interiit.

Ab aliis tamen, & quidem Heterodoxis Scriptoribus in præ-
ſenti Serie haud eſt omiſſus. Facinora verò oblivioni dederunt
tempora iniquiſſima, quibus triginta ſimul ex Romanis belli
Ducibus contra Gallienum Imperatorem Romanum ambièrunt
ſceptrum, à ſuis quiſque partibus proclamatus Imperator. An-
nis 42. ſediſſe creditur.

SECVLVM IV.

VI. MATERNVS II.

Jmpicante Constantino M. atque in Galliis pugnante, inter
illos numeratus eſt Maternus Patres, qui contra Donatiſtas
arbitri dixèrè ſententias. Idem quoque cum Diacono ſuo
Martino, vel Macrino nomine interfuit Concilio Arelatenſi an.
314. in Gallia celebrato contra eodem Donatiſtas. Sedit an. 35.

VII. EUPHRATES.

Euphrates adfuit Synodo Sardicæ in Ilirico an. 345. cele-
bratæ, ubi teſtibus multis documenta dedit multa inno-
centiſſimæ vitæ, præfertim verò caſtimoniæ. Utinam
reliquiſſet etiam ſigna illuſtriora inſignis constantiæ: dum enim
Aria-

Arianorum consortia non vitavit, in hæresin Arianam incidit, condemnatus propterea anno 348. in Synodo Coloniensi, D. Julii Pontificis loco sententiam supremam dicente D. Maximo Archi-Episcopo Trevirensi. Annis 33. sedisse, ad annum 348. fertur. *Vide Broverum & Egidium Gelenium Historicum Coloniens.*

VIII. D. SEVERINVS.

D Severinus Burdegalaë in Aquitania natus, eodem in Concilio Coloniensi Euphratis loco electus Episcopus, Arianis tantò constantiùs obstitit, quantò remissiùs Euphrates. Inter vivos strenuè rem agente Severino, beatissimis concessit fatis Turonensium Præsul D. Martinus, cujus animam meritis ditissimam à cœlestibus geniis supra sydera elevari vidit, dum in campo suburbano, quem Martini campum vulgò appellant, ad cœlos levavit oculos. Id etiam notavit antiquitas, & meminit non minùs vulgus hodie, hominem solitudini & multis virtutibus assuetum, atque idcirco angeli tutelaris conspectu crebrò ad constantiam animatum, id scire desiderâsse ardentius, num majorem virtute virum vicinus orbis haberet, ut hunc liceret æmulari sanctè & imitari. Adesse in vicinia Severinum reponente cœlesti genio, mox cucurrit æmulus eremicola, conspecturus cominus, qualem se gereret vir major virtute Severinus. At dum corpus reficientem offendit, & ab epulis longè diversa expectavit, jussus est legere, atque intelligere verba magni Doctoris gentium Pauli Rom. c. 14. *qui non manducat, manducantem non judicet; Deus enim illum assumpsit.* Episcopus fuit an. 60. mort. an. 408.

SECULUM V.

IX. D. EVERGISLVS.

Natione Tungrensis D. Evergislus, inter S. Severini discipulos adeò profecit, ut qualem Successorem in Coloniensi